

dicto modo mercari ~~coria~~ ~~conuenienter~~ contigerit, fieri volumus
 duos quaternos consimiles, unum videlicet per te sigillandum
 sigillo dicti Perrotti et alium per eundem Perrottum sigillandum
 sigillo tuo, continentes particulariter et distincte singulos pultros
 et pultros ac equitaturas singulas, cuiuscunque sint sexus
 et temporis, que mercede fuerint per pilaturas et balsamaturas
 eorum, tempus et locum mercedis ~~coriorum~~ ^{coriorum} ipsorum. et statim, quod
 mercede fuerint, quaternum huiusmodi conficiendum per eundem
 Perrottum predicto vicemagistro iusticiario et quaternum
 conficiendum per te predictis magistris rationalibus volumus
 destinari, transumpto ipsius quaterni huius et dicto Perrotto
 nichilominus remanente. et si medio tempore de animalibus
 ipsorum arciarum aliqua mori contigerit, mortem ipsorum,
 sicut successive morientur, etiam si morte naturali vel
 alio casu et suo mortui fuerint, singulis sex mensibus
 predicto Perrotto significare procures, per eum predictis vice-
 magistro iusticiario et magistris rationalibus referendum. Co-
 ria autem ipsorum animalium mortuorum semel in anno
 vicario nostro Sicutie per te volumus presentari, ut ipse ea
 videat et inspiciat, utrum fuerint predicto mercis curie no-
 stre ad florem de lisa mercata, et merca ipsa ex coriis ipsis
 incidi faciat et comburi et, mercis ipsis ex eisdem coriis
 incidis et combustis, de coriis ipsis mandet per te, sicut
 melius et utilius fieri poterit, utilitatem nostre curie
 procurari. de quorum coriorum presentatione et incisione
~~ac~~ ^{ac} combustionem mercorum ~~coriorum~~ te ab eodem vicario testi-
 moniales litteras meas sub sigillo eiusdem recipere et habere
 volumus, continentes: numerum et qualitatem coriorum